

MUSIC OF THE SARUM OFFICE

TOME A.
Fascicule 4.
Pages [137]-[172].

Psalterium.
Feria Secunda.
Ad Matutinas — Ad Laudes.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVI.

Music of the Sarum Office is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien de Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

Music of the Sarum Office is distributed over the internet through .pdf files located at: www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm

This document first published June 1, 2006.
Revised, July 1, 2007; December 1, 2007, January 1, 2008.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.


Web site address: www.gregorian.ca


© The Gregorian Institute of Canada, 2006.



Feria Secunda.
Ad Matutinas.


AS:110; 1519:119v; 1519-P:59r; SB-P:69.


Invit.
IV.iv.  1179.
E ní- te †ex-ul-té- mus DÓ-mi-no.



Ps. Ju-bi-lémus De-o. 20*.


A Dómine ne in ira usque ad XL., quando de secunda feria agitur, dicitur ad Matutinas sequens Hymnus :

1519-P:59r; HS:20r; SB-P:69.¹


Hymn.
IV.  8393.
S omno re-féctis ártu-bus Spre-to cu-bí-li súrgimus :


No-bis Pa-ter ca-nénti-bus, Adésse te depóscimus.



2. Te lingua primum cónci-nat Te mentis ardor ámbi-at :



Ut áctu-um se- quénti- um, Tu sancte sis ex-órdi- um.



3. Ce-dant te-nébre lúmi-ni, Et nox di- úrno sí-de-ri,



Ut culpa quam nox íntu-lit, Lu-cis la-béscat mú-ne-re.



4. Pre-cámur i-dem súppli-ces, No-xas ut omnes ámpu-tes :



Et o-re te ca-nénti- um, Laudé-ris in perpé-tu-um.

[*Ante Purificationem :*]



5. Gló- ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne : Cum




Patre et Sancto Spí-ri-tu, Per sempi-térna sé-cu-la. Amen.

[*Post Purificationem :*]




5. Presta Pa-ter pi- ís-sime, Pa-tríque Compar U-ni-ce : Cum




Spí-ri-tu Pa-rá-clí-to, Regnans per omne sé-cu-lum. Amen.

Per Estatem dicitur iste Hymnus.


1519-P:3v; HS:69v; SB-P:6.

Hymn. IV.  8349.


Octe surgéntes vi-gi-lémus omnes, Semper in psalmis



me-di-témur atque Ví-ri-bus to-tis Dómi-no ca-ná-mus,




Dúl-ci-ter hymnos. 2. Ut pi-o re-gi pá-ri-ter ca-néntes,



Cum su- is sanctis : me-re- ámur aulam Ingré-di ce-li, simul et




be- á- tam Dú-ce-re vi-tam. 3. Prestet hoc no-bis Dé- i- tas



be- á- ta, Pa- tris ac Na- ti pa- ri- térque Sancti Spí- ri- tus



cu- jus rébo- at in omni Gló- ri- a mundo. A- men.

2404. I. Ant. I.iii. 

D Omi- nus. *Ps.* Dóminus illuminátio.

Psalmus xxvj.

Dominus illuminátio mea : * et
salus mea quem timébo ?

Dóminus protéctor vite mee : * a
quo trepidábo ?

Dum apprópian super me no-
céntes : * ut edant carnes meas.

Qui trébulant me inimíci mei : *
ipsi infirmáti sunt et cecidérunt.

Si consístant advérsus me castra : *
non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsus me prélium : *
in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino hanc
requíram : * ut inhábitem in domo
Dómini, ómnibus diébus vite mee.

Ut vídeam voluntátem Dómini : *
et vísitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in taber-
náculo suo in die malórum : *
protéxit me in abscondito tabernáculi
sui.

In petra exaltávit me : * et nunc
exaltávit caput meum super inimícos
meos.

Circuívi et immolávi in taber-
náculo ejus hóstiam vociferatiónis : *
cantábo et psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam qua
clamávi ad te : * miserére mei et
exáudi me.

Tibi dixit cor meum exquisívit te
fácies mea : * fáciem tuam Dómine
requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me : * ne
declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto ne derelínquas
me : * neque despícias me Deus
salutáris meus.

Quóniam pater meus et mater mea
dereliquerunt me : * Dóminus autem
assúpsit me.

Legem pone michi Dómine in via
tua : * et dírige me in sémita recta
propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas
tribulántium me : * quóniam insur-
rexérunt in me testes iníqui, et
mentíta es iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini : * in
terra vivéntium.

Expécta Dóminum viríliter age et
confortétur cor tuum : * et sústine
Dóminum.

Psalmus xxvij.

AD te Dómine clamábo Deus
meus ne síleas a me, nequándo
táceas a me : * et assimilábor
descendéntibus in lacum.

Exáudi Dómine vocem deprecati-
ónis mee dum oro ad te : * dum
extólló manus meas ad templum

sanctum tuum.

Ne simul tradas me cum pecca-
tóribus : * et cum operántibus iniqui-
tátem ne perdas me.

Qui loquúntur pacem cum próximo
suo : * mala autem in córdibus
eórum.

Da illis secundum opera eorum : *
et secundum nequitiam adinventio-
num ipsorum.

Secundum opera manuum eorum
tribue illis : * redde retributionem
eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera
Domini, et in opera manuum ejus
destrues illos : * et non edificabis eos.

Benedictus Dominus : * quoniam
exaudivit vocem deprecationis mee.

Dominus adjutor meus et protector
meus : * et in ipso speravit cor meum
et adjutus sum.

Et refloruit caro mea : * et ex
voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis sue : * et
protector salvationum Christi sui est.

Salvum fac populum tuum Domine
et benedic hereditati tue : * et rege
eos et extolle illos usque in eternum.

Gloria Patri.

Ant.  **D** Omi- nus de- fensor vi- te me- e.

AS:110; 1519-P:60v, 61v; SB-P:73.

2. Ant.  **A** - do- ra- te Do- mi- num. *Ps.* Afferte.

1290.

Psalmus xxviii.

Afferte Domino filii Dei : *
Afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam et
honorem afferte Domino gloriam
nomini ejus : * adorate Dominum in
atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus
majestatis intonuit : * Dominus super
aquas multas.

Vox Domini in virtute : * vox
Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros : *
et confringet Dominus cedros Libani :

Et comminuet eas tanquam vitulum

Libani : * et dilectus quemadmodum
filius unicornium.

Vox Domini intercedentis flam-
mam ignis : * vox Domini concuti-
entis desertum, et commovebit Do-
minus desertum Cades.

Vox Domini preparantis cervos et
revelabit condensa : * et in templo
ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit : *
et sedebit Dominus Rex in eternum.

Dominus virtutem populo suo
dabit : * Dominus benedicet populo
suo in pace.

Psalmus xxix.

Exaltabo te Domine quoniam
suscepisti me : * nec delectasti
inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te : *
et sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno

ánimam meam : * salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino omnes sancti ejus : * et confitémini memórie sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus : * et vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus : * et ad matutínum letítia.

Ego autem dixi in abundántia mea : * Non movébor in etérnum.

Dómine in voluntáte tua : * prestítisti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam a me : * et factus sum conturbátus.

Ad te Dómine clamábo : * et ad

Deum meum deprecábor.

Que utílitas in ságuine meo : * dum descéndo in corruptiónem ?


Nunquid confitébitur tibi pulvis : * aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus et misértus est mei : * Dóminus factus est adjútor meus.


Convertísti planctum meum in gáudium michi : * concidísti saccum meum, et circundedísti me letítia.

Ut cantet tibi glória mea et non compúngar : * Dómine Deus meus in etérnum confitébor tibi.

Gloria Patri.

Ant.  **A** - do - rá - te Dómi - num in aula sancta e - jus.

AS:110; 1519-P:62r, 63v; SB-P:75.

3300. 3. Ant.  **I** N tu - a ju - stí - ci - a. *Ps.* In te Dómine sperávi.

Psalmus xxx.

IN te Dómine sperávi non confúndar in etérnum : * in justítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam : * accélera ut éruas me.

Esto michi in Deum protectórem et in domum refúgii * : ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum es tu : * et propter nomen tuum dedúces me et enútries me.

Edúces me de láqueo quam abscondérunt michi : * quóniam tu es

protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum : * redemísti me Dómine Deus veritátis.

Odísti observántes vanitátes : * supervácue.

Ego autem in Dómino sperávi : * exultábo et letábor in misericórdia tua.

Quóniam respexísti humilitátem meam : * salvásti de necessitátibus ánimam meam.

Nec conclusísti me in mánibus inimíci : * statuísti in loco spatióso

pedes meos.

Miserere mei Dómine quóniam tríbulo, conturbátus est in ira óculus meus : * ánima mea et venter meus.

Quóniam defécit in dolóre vita mea : * et anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea : * et ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium vicínis meis valde : * et timor notis meis.

Qui vidébant me foras fugérunt a me : * obliuóni datus sum tanquam mórtuus a corde.

Factus sum tanquam vas pérditum : * quóniam audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenírent simul advérsus me : * accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi Dómine dixi Deus meus es tu : * in mánibus tuis sortes mea.

Eripe me de manu inimicórum meórum : * et a persecúentibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericórdia tua Dómine : * non confúndar quóniam invocávi te.

Erubéscant ímpii et deducántur in inférnum : * muta fiant lábia dolósa.

Que loquúntur advérsus justum iniquitátem : * in supérbia et in abusióne.

Quam magna multitúdo dulcédinis tue Dómine : * quam abscondísti timéntibus te ?

Perfecísti eis qui sperant in te : * in conspéctu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscondito faciéi tue : * a conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo : * a contradicióne linguárum.

Benedíctus Dóminus quóniam mirificávit misericórdiam suam michi : * in civitáte muníta.

Ego autem dixi in excéssu mentis mee : * Projéctus sum a fácie oculórum tuórum.

Ideo exaudísti vocem oratiónis mee : * dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum omnes sancti ejus quóniam veritátem requíret Dóminus : * et retríbuet abundánter faciéntibus supérbiam.

Viríliter ágite et confortétur cor vestrum : * omnes qui sperátis in Dómino.

Psalms xxxj.

BEáti quorum remísse sunt iniquitátes : * et quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum : * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tácuí inveteravérunt ossa mea : * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : * convérsus sum in erúmna mea dum confígitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci : * et injustítiam meam non abscondí.

Dixi Confitébor advérsus me injustítiam meam Dómino : * et tu remisísti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus : * in témpore opportúno.

Verúntamen in dilúvio aquárum multárum : * ad eum non approxímábunt.

Tu es refúgium meum a tribulatióne que circúndedit me : *

exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intelluctum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris : * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus : * quibus non est intelluctus.


In chamo et freno maxillas eorum constringe : * qui non approximant

ad te.


Multa flagella peccatoris : * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Letamini in Domino et exultate justi : * et gloriamini omnes recti corde.

Glória Patri.

Ant.  **I** N tu- a ju- stí- ci- a lí- be- ra me Dómi- ne.

AS:110; 1519-P:63v, 65v; SB-P:78.

4580. 4. Ant.  **R** Ectos de- cet. *Ps.* Exultate justi.

Psalmus xxxij.

EXultate justi in Domino : * Rectos decet collaudatio.

Confitemini Domino in cithara : * in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum : * bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Domini : * et omnia opera ejus in fide.

Diligit misericordiam et iudicium : * misericordia Domini plena est terra.

Verbo Domini celi firmati sunt : * et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris : * ponens in thesauris abyssos.

Tímeat Dominum omnis terra : * ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit et facta sunt : * ipse mandavit et creata sunt.

Domínus díssipat consília géntium : * réprobat autem cogitatiónes populórum, et réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in etérnum manet : * cogitatiónes cordis ejus in generatióne et generatióne.

Beáta gens cujus est Dóminus Deus ejus : * pópulus quem elégit in hereditátem sibi.

De celo respéxit Dóminus : * vidit omnes fílios hóminum.

De preparáto habitáculo suo : * respéxit super omnes qui hábitant terram.

Qui finxit singillátim corda eórum : * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non salváatur rex per multam virtútem : * et gigas non salvábitur in multitúdine virtútis sue.

Fallax equus ad salútem : * in

abundántia autem virtútis sue non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum : * et in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Ut éruat a morte ánimas eórum : * et alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum : *

quóniam adjútor et protéctor noster est.

Quia in eo letábitur cor nostrum : * et in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos : * quemádmódum sperávimus in te.

Psalmus xxxiiij.

Benedícam Dóminum in omni témpore : * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea : * áudiant mansuétí, et leténtur.

Magnificáte Dóminum mecum : * et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminum et exaudívit me : * et ex ómnibus tribulatióibus meis erípuit me.

Accédite ad eum et illuminámini : * et fácies vestre non confundéntur.

Iste pauper clamávit et Dóminus exaudívit eum : * et ex ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immíttit ángelus Dómini in circúitu tíméntium eum : * et erípiet eos.

Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus : * beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes sancti ejus : * quóniam non est inópia tíméntibus eum.

Dívites eguérunt et esuriérunt : * inquirentes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte fílii audíte me : * tímórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam : *

díligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam a malo : * et lábía tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo et fac bonum : * inquire pacem et perséquere eam.

Oculi Dómini super justos : * et aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala : * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justí et Dóminus exaudívit eos : * et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus his qui tribuláto sunt corde : * et húmiles spíritu salvábit.

Multe tribulatióes justórum : * et de ómnibus his liberávit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum : * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima : * et qui odérunt justum delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum : * et non delínquent omnes qui sperant in eo.

Glória Patri.

Ant. 
R Ectos de-cet col-laudá-ci- o.

AS:110; 1519-P:65v, 67v; SB-P:80.

2801. 5. Ant. 
 Liv. 
E X- púgna. *Ps.* Júdica Dómine.

Psalmus xxxiiij.

Júdica Dómine nocéntes me : *
 Expúgna impugnántes me.

Apprehénde arma et scutum : * et
 exúrge in adjutórium michi.

Effúnde frámeam et conclúde
 advérsus eos qui persequúntur me : *
 dic ánime mee Salus tua ego sum.

Confundántur et revereántur : *
 queréntes ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et confun-
 dántur : * cogitántes michi mala.

Fiant tanquam pulvis ante fáciem
 venti : * et ángelus Dómini coártans
 eos.

Fiat via illórum ténebre et
 lúbricum : * et ángelus Dómini
 persequens eos.

Quóniam gratis abscondérunt mi-
 chi intéritum láquei sui : * super-
 vácue exprobarérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus quem ignorat : *
 et cáptio quam abscondit appre-
 héndat eum, et in láqueum cadat in
 idípsum.

Anima autem mea exultábit in
 Dómino : * et delectábitur super
 salutári suo.

Omnia ossa mea dicent : * Dómine
 quis símilis tibi ?

Erípiens ínopem de manu forti-
 órum ejus : * egénium et páuperem a

diripiéntibus eum.

Surgéntes testes iníqui : * que
 ignorábam interrogábant me.

Retribuébant michi mala pro bonis : *
 sterilitátem ánime mee.

Ego autem cum michi molésti
 essent : * induébar cilício.

Humiliábam in jejúnio ánimam
 meam : * et orátio mea in sinu meo
 convertétur.

Quasi próximum et quasi fratrem
 nostrum sic complacébam : * quasi
 lugens et contristátus sic humiliábar.

Et advérsum me letáti sunt et
 convenérunt : * congregáta sunt
 super me flagélla et ignorávi.

Dissipáti sunt nec compúncti : *
 tentavérunt me subsannavérunt me
 subsannatióne, frenduérunt super me
 déntibus suis.

Dómine quando respícies restítue
 ánimam meam a malignitáte eórum : *
 a leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in ecclésia magna : *
 in pópulo gravi laudábo te.

Non supergáudeant michi qui
 adversántur michi iníque : * qui
 odérunt me gratis et ánnuunt óculis.

Quóniam michi quidem pacífice
 loquebántur : * et in iracúndia terre
 loquéntes dolos cogitábant.

Et diliterunt super me os suum : *
dixerunt Euge euge viderunt oculi
nostri.

Vidisti Domine ne sileas : *
Domine ne discedas a me.

Exurge et intende iudicio meo : *
Deus meus et Dominus meus in
causam meam.

Iudica me secundum iustitiam
tuam Domine Deus meus : * et non
supergaudeant michi.

Non dicant in cordibus suis Euge

euge anime nostre : * nec dicant
Devorabimus eum.

Erubescant et revereantur simul : *
qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione et reverentia : *
qui maligna loquuntur super me.

Exultent et letentur qui volunt
iustitiam meam : * et dicant semper
magnificetur Dominus qui volunt
pacem servi ejus.

Et lingua mea meditabitur iustitiam
tuam : * tota die laudem tuam.

Psalmus xxxv.

Dixit iniustus ut delinquat in
semetipso : * non est timor Dei
ante oculos ejus.

Quoniam dolose egit in conspectu
ejus : * ut inveniatur iniquitas ejus ad
odium.

Verba oris ejus iniquitas et dolus : *
noluit intelligere ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili
suo : * astitit omni vie non bone
malitiam autem non odivit.

Domine in celo misericordia tua : *
et veritas tua usque ad nubes.

Iustitia tua sicut montes Dei : *
iudicia tua abyssus multa.

Homines et iumenta salvabis
Domine : * quemadmodum multipli-

casti misericordiam tuam Deus.

Filii autem hominum : * in tegmine
alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus
tue : * et torrente voluptatis tue
potabis eos.

Quoniam apud te est fons vite : * et
in lumine tuo videbimus lumen.

Pretende misericordiam tuam
scientibus te : * et iustitiam tuam his
qui recto sunt corde.


Non veniat michi pes superbie : *
et manus peccatoris non moveat me.

Ibi ceciderunt qui operantur
iniquitatem : * expulsi sunt nec
potuerunt stare.

Glória Patri.

Ant. 
X- pugna impugnantes me.

AS:110; 1519-P:67v, 70r; SB-P:84.

6. Ant. 
Liii. **R** E-ve- la. Ps. Noli emulari.

4643.

Psalmus xxxvj.

Noli emulári in malignántibus : *
neque zeláveris faciéntes
iniquitátem.

Quóniam tanquam fenum velóciter
aréscent : * et quemádmódu
ólera herbárum cito décident.

Spera in Dómino et fac bonitátem : *
et inhábita terram et pascéris in
divítiis ejus.

Delectáre in Dómino : * et dabit
tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam : * et
spera in eo et ipse fáciét.

Et edúcet quasi lumen justítiam
tuam : * et júdicium tuum tanquam
merídiem, súbditus esto Dómino et
ora eum.

Noli emulári in eo qui prosperátur
in via sua : * in hómine faciénte
injustítias.

Désine ab ira et derelínque fu-
rórem : * noli emulári ut malignéris.

Quóniam qui malignántur, exter-
minabúntur : * sustinéntes autem
Dóminum ipsi hereditábunt terram.

Et adhuc pusíllum et non erit
peccátor : * et queres locum ejus et
non invénies.

Mansuéti autem hereditábunt ter-
ram : * et delectabúntur in multi-
túdine pacis.

Observábit peccátor justum : * et
stridébit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum : *
quóniam próspicit quod véniat dies
ejus.

Gládium evaginavérunt peccátóres : *
intendérunt arcum suum,

Ut decípiant páuperem et ínopem : *
ut trucídent rectos corde.

Gládus eórum intret in corda
ipsórum : * et arcus eórum confrin-

gátur.

Mélius est módicum justo : * super
divítias peccátórum multas.

Quóniam bráchia peccátórum con-
teréntur : * confirmat autem justos
Dóminus.

Novit Dóminus dies immacula-
tórum : * et heréditas eórum in
etérnum erit.

Non confundéntur in témpore
malo : * et in diébus famis satura-
búntur, quia peccátóres períbunt.

Inimíci vero Dómini mox ut
honorificáti fúerint et exaltáti : *
deficiéntes quemádmódu fumus
deficiént.

Mutuábitur peccátor et non solvet : *
justus autem miserétur et tríbuet.

Quia benedicéntes ei hereditábunt
terram : * maledicéntes autem ei
dispéríbunt.

Apud Dóminum gressus hómínis
dirigétur : * et viam ejus volet.

Cum cecíderit justus non col-
lidétur : * quia Dóminus supponit
manum suam.

Júnior fui étenim sénuí : * et non
vidi justum derelíctum, nec semen
ejus querens panem.

Tota die miserétur et cómmodat : *
et semen illíus in benedictióne erit.

Declína a malo et fac bonum : * et
inhábita in séculum séculi.

Quia Dóminus amat júdicium et
non derelínquet sanctos suos : * in
etérnum conservabúntur.

Injústi puniéntur : * et semen
impiórum períbit.

Justi autem hereditábunt terram : *
et inhabitábunt in séculum séculi
super eam.

Os justí meditábitur sapiéntiam : *

et lingua ejus loquétur júdicium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus : * et non supplantabúntur gressus ejus.

Consíderat peccátor justum : * et quérít mortificáre eum.

Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus ejus : * nec damnábit eum cum judicábitur illi.

Expécta Dóminum et custódi viam ejus : * et exaltábit te ut hereditáte cápias terram, cum perierint peccatóres vidébis.

Vidi ípium superexaltátum : * et elevátum sicut cedros Líbani.

Et transívi et ecce non erat : * et

quesívi eum et non est invéntus locus ejus.

Custódi innocéntiam et vide equitátem : * quóniam sunt reliquie hómini pacífico.

Injústi autem disperíbunt : * simul reliquie impiórum interíbunt.

Salus autem justórum a Dómino : * et protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábít eos Dóminus et liberábít eos, et éruet eos a peccatóribus et salvábít eos : * quia speravérunt in eo.

Psalmus xxxvij.

Domine ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagítte tue infíxe sunt michi : * et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie ire tue non est pax óssibus meis : * a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes mee supergrésse sunt caput meum : * et sicut onus grave graváte sunt super me.

Putruérunt et corrúpte sunt cicatríces mee : * a fácie insipiéntie mee.

Miser factus sum et curvátus sum usque in finem : * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusió nibus : * et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum et humiliátus sum nimis : * rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine ante te omne desidérium meum : * et gémitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est in me,² derelíquit me virtus mea : * et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei et próximi mei : * advérsus me appropinquavérunt et stetérunt.

Et qui juxta me erant de longe stetérunt : * et vim faciébant qui querébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala michi locúti sunt vanitátes : * et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tanquam surdus non audiébam : * et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens : * et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi : * tu exáudies me Dómine Deus meus.

Quia dixi Nequándo supergáudeant michi inimíci mei : * et dum commovéntur pedes mei super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus

sum : * et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo : * et cogitábo pro peccáto meo.


Inimíci autem mei vivunt et confirmáti sunt super me : * et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Qui retríbuunt mala pro bonis detrahébant michi : * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus : * ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum : * Dómine Deus salútis mee.

Glória Patri.

Ant. 

R E-vé- la Dómi-no vi- am tu- am.

℣. Dómine, in celo misericórdia tua.

℟. Et véritas tua usque ad nubes.

Lectiones et Responsoria de eadem feria.

Ante Laudes.


℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.

℟. Quemádmódum sperávimus in te.

Iste Versus dicitur ante Laudes in omnibus feriis a Dómine ne in ira usque ad XL., et a Deus ómnium usque ad Adventum Domini quando de feriis agitur.

In Laudibus.

AS:111; 1519-P:70v; SB:liii; SB-P:86.

3773. Ant. 

VI. **M** I- se-ré-re. *Ps.* Ipsum.

Psalmus I.

M Iserére † mei Deus : * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudínem miserationúm tuárum : * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : * et peccátum meum

contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntie tue manifestásti michi.

Aspérges me ysópo et mundábor : *
lavábis me et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et letítiam : * et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde michi letítiam salutáris tui : * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus

Deus salutis mee : * et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.


Quóniam si voluísse sacrificium dedíssem : * útique olocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut edificéntur muri Hierúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítie oblatiónes et olocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri.

Ant.  **M** I- se-ré-re me- i De- us.

AS:111; 1519-P:70v; SB-P:87.

2. Ant.  **I** N-tél-li-ge cla-mó-rem. *Ps.* Verba mea.

3359.

Psalmus v.

Verba mea aúribus pécipie Dómine : * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis mee : * Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo Dómine : * mane exaúdiés vocem meam.

Mane astábo tibi et vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus : * neque permanébunt injústí ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur

iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multitudíne misericórdie tue,

Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua propter inimícos meos : * dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eó-

rum, linguis suis dolóse agébant : * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatió nibus suis secúndum multitudínem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te Dómine.


Et leténtur omnes qui sperant in te : * in etérnum exultábunt et habitábis in

eis.


Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum : * quóniam tu benedíces justo.

Dómine ut scuto : * bone voluntátis tue coronásti nos.

Glória Patri.

Ant. 
N N-tél-li-ge cla-mó-rem me- um Dó-mi-ne.

AS:111; 1519-P:70v; SB-P:87.³

2169. 3. Ant. 
 VIII.i. **D** E-us. *Ps.* Ipsum.

Psalmus lxij.

Deus † Deus meus : * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea : * quam multipliciter caro mea.

In terra desérta ínvia et inaquósa sic sancto appáruí tibi : * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exultatió nis laudábit os meum.


Sic memor fui tui super stratum meum in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo adhésit ánima mea post te : * me suscepit délixtera tua.


Ipsi vero in vanum quesierunt ánimam meam : * introíbunt in inferióra terre, tradéntur in manus gládií partes vúlpium erunt.

Rex vero letábitur, in Deo laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Glória Patri.

Ant. 
D E-us De- us me- us, ad te de lu-ce ví-gi-lo.

AS:111; 1519-P:70v, 71r; SB-P:87.

4. Ant.
VIII.i.  1918.
C Onvérsus est. *Ps.* Confitébor.

[Canticum] *Esaie xij.*

Confitébor tibi Dómine quóniam
irátus es michi : * convérsus est
furus tuus et consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus : *
fiduciáliter agam et non timébo.

Quia fortitúdo mea et laus mea
Dóminus : * et factus est michi in
salútem.

Hauriétis aquas in gáudio de
fóntibus Salvatóris : * et dicétis in
illa die Confitémini Dómino et


invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adin-
ventiónes ejus : * mementóte quó-
niam excélsus est nomen ejus.


Cantáte Dómino quóniam mag-
nífice fecit : * annuntiáte hoc in
univérsta terra.

Exúlta et lauda habitátio Syon : *
quia magnus in médio tui sanctus
Israel.

Glória Patri.

Ant. 
C Onvérsus est fu-ror tu- us Dómi-ne et conso-lá-tus
es me.

AS:111; 1519-P:71r; SB-P:87.

5. Ant.
Liv.  3585.
L Audá-te. *Ps.* Ipsum.

Psalmus cxlvij.

Laudáte † Dóminum de celis : *
laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes ángeli ejus : *
laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : * laudáte
eum omnes stelle et lumen.

Laudáte eum celi celórum : * et

aque omnes que super celos sunt
laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit et facta sunt : * ipse
mandávit et creáta sunt.

Státuit ea in etérnum et in séculum
séculi : * precéptum pósuit et non
preteríbit.

Laudáte Dóminum de terra : *
dracónes et omnes abyssi :

Ignis grando nix glácies spíritus
procellárum : * que faciunt verbum
ejus.

Montes et omnes colles : * ligna
fructífera et omnes cedri :

Béstie et univérsa pécora : *
serpéntes et vólucres pennáte :

Reges terre et omnes pópuli : *

príncipes et omnes júdices terre :

Júvenes et vírgines senes cum
junióribus laudent nomen Dómini : *
quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super celum et
terram : * et exaltávit cornu pópuli
sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : *
fíliis Israel pópulo appropinquánti
sibi.

Psalmus cxlix.

CAntáte Dómino cánticum no-
vum : * laus ejus in ecclésia
sanctórum.

Letétur Israel in eo qui fecit eum : *
et filii Syon exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in
týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in
pópulo suo : * et exaltávit mansuétos
in salútem.

Exultábunt sancti in glória : *

letabúntur in cubílibus suis.

Exultatiónes Dei in gútture eórum : *
et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in nati-
ónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in
compédibus : * et nóbiles eórum in
mánicis férreis.

Ut fáciant in eis júdiciam
conscríptum : * glória hec est
ómnibus sanctis ejus.

Psalmus cl.

Laudáte Dóminum in sanctis
ejus : * laudáte eum in
firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : *
laudáte eum secúndum multitudinem
magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tube : *
laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : *
laudáte eum in cordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis
benesonántibus, laudáte eum in
cýmbalis jubilatiónis : * omnis
spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Ant. 

L Audá-te Dómi-num de ce-lis.

Capitulum j. Corin. xvj.

Vigiláte et oráte : state in fide :
viríliter ágite et confortámini et

ómnia vestra in charitáte fiant. *R.*
Deo grátias.

Hoc Capitulum dicitur omnibus feriis ad Laudes a Dómine ne in ira usque ad Caput Jejunii, et a Deus ómnium usque ad Adventum Domini quando de feria agitur.

A Dómine ne in ira usque ad XL., quando de secunda feria agitur, dicitur ad Laudes sequens Hymnus.

1519-P:71r; HS:21r; SB-P:88.

Hymn.

I.




Plendor Pa-térne gló-ri- e De lu-ce lu-cem pró-fe-

8394.



rens : Lux lu-cis et fons lúmi-nis, Di- es di- em il-lúmi-nans.



2. Ve-rúsque Sol il-lá-be-re, Mi-cans ni-tó-re pér-pe-ti :




Ju-bárque sancti Spi-ri-tus, Infúnde nostris sénsi-bus.



3. Vo-tis vo-cémus te Patrem, Patrem pe-rénnis gló-ri- e :




Patrem po-téntis grá-ti- e, Culpam re-lé-get lúbri-cam.



4. Infórmet actus stré-nu-os, Dentem re-túndat ínvi-di :




Ca-sus se-cúndet ás-pe-ros, Do-net ge-ré-ndi grá-ti-am.



5. Men-tem gu-bérnet et re-gat, Cas-to fi-dé-li cór-po-re :



Fi-des ca-ló-re fér-ve-at, Fraudis ve-né-na né-sci-at.




6. Chri-stus-que no-bis sit ci-bus, Po-tús-que nos-ter sit fi-des :




Le-ti bi-bá-mus só-bri-am, Ebri-e-tá-tem Spí-ri-tus.



7. Le-tus di-es hic trán-se-at, Pudor sit ut di-lú-cu-lum :



Fi-des ve-lut me-rí-di-es, Cre-pú-scu-lum mens né-sci-at.




8. Auró-ra cursus pró-ve-hit, Auró-ra to-tus pró-de-at :



In Pa-tre to-tus Fí-li-us, Et to-tus in Verbo Pa-ter.



9. De-o Pa-ter sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí-li-o : Cum



Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Et nunc et in perpé-tu-um. Amen.

∅. In matutínis, Dómine meditábor in te.

∅. Quia fuísti adjútor meus.

Per Estatem dicitur Hymnus

1519-P:27v; HS:70v; SB-P:35, 88.⁴

Hymn.
IV.



C- ce jam noctis te-nu- á-tur umbra : Lu-cis auró- ra

8297.




rú-ti- lans co-rúscat : Ní-si-bus to-tis ro-gi-témus omnes



Cuncti-po-téntem. 2. Ut De- us noster mi-se-rá-tus, omnem




Pel-lat languó- rem trí-bu- at sa-lú-tem Do-net et no-bis



pi- e-tá-te pa-tris Regna po-ló-rum. 3. Prestet hoc no-bis

Feria Secunda.



De-i-tas be-á-ta, Pa-tris ac Na-ti pa-ri-térque Sancti
Spí-ri-tus cu-jus rébo-at in omni Gló-ri-a mundo. A-men.


∅. In matutínis Dómine [meditábor in te.

∅. Quia fuísti adjútor meus.]

Iste Versus dicitur omnibus feriis ad Laudes a Dómine ne in ira usque ad XL., et a Deus óminum usque ad Adventum Domini, quando de feria agitur.

AS:112; 1519-P:71v; SB-P:88.⁵

1717. Ant.
VI.




B E-ne-díc-tus * De-us Isra-el. *Ps. Ipsum. 55**.


Deinde dicantur PRECES FERIALES hoc modo :

AS:7; SB-P:89; cf. SB-P:238.

9040.



K Y-rie e-léyson. *ijj.* Christe e-léyson. *ijj.* Ky-rie



e-léyson. *ijj.*


∅. Pater noster. [3]. [*secreto usque ad*]⁶

AS:7; SB-P 238; SB:xii.




∅. Et ne nos indú-cas in tenta-ci-ó-nem.


Feria Secunda.




R. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.




V. Ego di-xi Dómi-ne mi-se-ré-re me-i. *R.* Sa-na á-ni-




mam me-am, qui-a peccá-vi ti-bi. *V.* Convérte-re Dómi-ne




úsquequo. *R.* Et depre-cá-bi-lis esto su-per servos tu-os.




V. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos.




R. Quemádmódum spe-rá-vimus in te. *V.* Sa-cerdó-tes



tu-i indu-ántur jus-tí-ti-am. *R.* Et sancti tu-i ex-úl-tent.




V. Dómi-ne sal-vum fac re-gem. *R.* Et ex-áudi nos in di-e



qua invo-ca-vé-rimus te. *V.* Sal-vum fac pópu-lum tu-um


Feria Secunda.




Dómi-ne : et bé-ne-dic he-re-di-tá-ti tu-e. *R.* Et re-ge e-os




et extól-le il-los usque in e-térnum. *V.* Dómi-ne fi-at




pax in vir-tú-te tu-a. *R.* Et a-bundánti-a in túr-ri-bus tu-is.




V. O-rémus pro fi-dé-li-bus de-fúntis. *R.* Réqui-em e-



térnum do-na e-is Dómi-ne : et lux perpé-tu-a lú-ce-at e-is.



V. Ex-áudi Dómi-ne vo-cem me-am qua clamá-vi ad te.




R. Mi-se-ré-re me- i et ex-áudi me.

Ps. Miserere mei Deus. [L.] [150]. Totus Psalmus dicatur sine nota cum Glória Patri et Sicut erat.

Finito Psalmo solus Sacerdos erigat se, et ad gradum chori accedat scilicet ad Matutinas et ad Vesperas, tunc dicendo hos versus :


AS:7; SB-P:89.

8072.




V. Ex-úrge Dómi-ne, ádju-va nos. *R.* Et lí-be-ra nos propter


Feria Secunda.




nomen tu-um. *℣.* Dómi-ne De-us vir-tú-tum convérte nos.



℟. Et osténde fá-ci-em tu-am et sal-vi é-rimus.




℣. Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti-ó-nem me-am. *℟.* Et clamor




me-us ad te vé-ni-at.

AS:7; US-I:265; SB:vii.



D Omi-nus vo-bíscum. *℟.* Et cum spí-ri-tu tu-o.

sar0705.



℣. O-rémus.

[*Deinde dicatur Oratio propria.*]

[*℣.* Dóminus vobíscum. *℟.* Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. *℟.* Deo grátias. 104*]

[MEMORIE COMMUNES.]

In Adventu Domini quando de feria agitur, dicuntur Memorie ad Matutinas :

[*Memoria de S. Maria.*]

AS:14, 420; 1519:15r; SB-P:90.

5006. Ant. VIII.i.



S Pí- ri- tus Sanctus * in te descéndet, Ma-rí- a : ne tí-
me- as, ha-bens in ú-te-ro Fí- li- um De- i. Al-le-lú- ya.

℣. Egrediétur virga de radíce Jesse.

℟. Et flos de radíce ejus ascéndet.

Oratio.


Deus qui de Beáte Maríe
Víriginis útero Verbum tuum
ángelo nuntiánte carnem suscípere
voluísti : presta supplicibus tuis ut

qui vere eam Dei genitricem
crédimus : ejus apud te interces-
siónibus adjuvémur. Per eúndem
Christum.

Memoria de omnibus Sanctis.

AS:13, pl. d., pl. e.; 1519:14r; SB-P:90.

2509. Ant. V.i.



E Cce, Dómi-nus vé-ni- et, * et omnes Sancti e-
jus cum e- o : et e-rit in di- e il- la lux magna. Al- le lú- ya.

℣. Ecce apparábit Dóminus super nubem cándidam.

℟. Et cum eo Sanctorum mília.

Oratio.

Consciéntias nostras quésumus
Dómine visitádo purífica : ut
véniens Jesus Christus Fílius tuus

cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in
nobis invéniat mansiónem. Qui
tecum vivit. *et cetera.*

Ad Vesperas. Memoria de S. Maria.

AS:16, 419; 1519:15r; SB-P:90.

Ant.
VIII.i.



3863.

ME tíme- as, * Ma- rí- a, inve- ní- sti grá- ci- am
a- pud Dómi- num : ecce concí- pi- es et pá- ri- es fí- li- um.
Al- le- lú- ya.

V. et Oratio ut supra ad Matutinas, Memoria de omnibus Sanctis ut supra ad Matutinas [162].


[Octavis S. Stephani usque ad Purificationem.]

Ab Octavis S. Stephani usque ad Purificationem quotidie fiat Memoria de S. Maria, de quocumque fiat servitum, tam ad Vesperas quam ad Matutinas nisi in Vigilia Epyphanie et in Die ejusdem.

In festis ix. lectionum et infra Octavas et in Octavis quando chorus regitur, et in Dominicis ad utrasque Vesperas cum hac Antiphona.

AS:79; 1519:94v; SB-P:90.⁷

Ant.
III.i.



4441.

QUando na- tus es * i- nef- fa- bí- li- ter ex Vír- gi- ne

Memorie Communues.



tunc implé-te sunt scrip-tú-re Si-cut plú-vi-a in vel-lus
descendí-sti: ut salvum fá-ce-res ge-nus hu-má-num te
descendí-sti: ut salvum fá-ce-res ge-nus hu-má-num te
laudá-mus De-us noster.

Et ad Matutinas cum hac Antiphona.

AS:79; 1519:95r; SB-P:91.

2523. Ant.
V.i.



Cce Ma-rí-a * gé-nu- it no-bis salva-tó-rem quem
Jo-hánnes vi-dens exclamá-vit di-cens Ecce Agnus De-i:
ecce qui tol-lit peccá-ta mundi. Al-le- lú-ya.

In feriis vero et in festis iij. lectionem sine regimine chori ad Vesperas dicitur hec Antiphona :

AS:79; 1519:95r; SB-P:91.⁸

Ant.
IV.iii.



4469.

R Ubum quem * vi-dé-rat Mó- y-ses incombústum,
conservá-tum agnó-vimus tu- am laudá-bi- lem vir-gi-ni- tá-tem
De- i gé-ni- trix intercé-de pro no- bis.

Et ad Matutinas dicitur semper

℣. Post partum virgo invioláta permansísti.

℞. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

Et ad Vesperas dicitur

℣. Speciósus forma pre fíliis hóminum.

℞. Diffúsa est grátia in labíis tuis.

Non dicitur ulterius.

Oratio.

Deus qui salútis etérne B[eáte].
Maríe virginitáte fecúnda
humáno géneri prémia prestitísti :
tríbue quésumus ut ipsam pro nobis

intercédere sentiámus : per quam
merúimus auctórem vite suscípere
Dóminum nostrum Jesum Christum
tuum.

Deinde fiat Memoria de omnibus Sanctis in feriis et in festis sine regimine chori ad Vesperas et ad Matutinas.

[*Post Purificationem.*]

Post Purificationem vero ad Matutinas dicitur hec Antiphona.

AS:305, 520; 1520:106r; SB-P:91.

Ant.
II.i.



1570.

B E- á-ta Ma- ter * et innúpta virgo, glo-ri- ó-sa Re- gí-

Ad Matutinas Antiphona.


AS:305, 531; 1520:106v; SB-P:92.

Ant.
VII.ii.



3953.

Os au-tem* glo-ri- á-ri opórtet in Cru-ce Dómi-ni



nostri Je-su Chris-ti.

℣. Omnis terra adóret te Deus.

℟. Et psallat tibi psalmum dicant nómini tuo.

Oratio.

<p>Deus qui sanctam Crucem ascendísti, et mundi ténebras illuminásti : tu corda et córpora</p>	<p>nostra illumináre dignáre Salvátor mundi. Qui cum Deo Patre.</p>
---	---

Vel Oratio.

<p>Perpétua quésumus Dómine pace custódi quos per lignum</p>	<p>sancte Crucis redímere dignátus es Salvátor mundi. Qui cum Deo Patre.</p>
---	--

[*Vel*] *Oratio.*

<p>Adésto nobis Dómine Deus noster : et quos sancte Crucis letári facis honóre : ejus quoque</p>	<p>perpétuis defénde subsidiis. Per Christum Dóminum nostrum.</p>
---	---

Memoria de S. Maria.

Antiphona. Beáta Mater [et inúpta]. *ut proxime supra.* [165]

℣. Post partum virgo [*ut supra* [166]].

Oratio.

<p>Famulórum tuórum quésumus Dómine delíctis ignósce : ut qui tibi placére de áctibus nostris non</p>	<p>valémus, genetrícis Fílii tui Dómini Dei nostri intercessióne salvémur. Per eúndem Dóminum.</p>
--	--

Vel Oratio.



<p>Omnípotens sempitérne Deus : nos fámulos tuos délixera tue poténtie a cunctis prótege perículis : et gloriósa B[eáte]. Maríe semper</p>	<p>víriginis intercessióne, fac nos presénti gaudére prosperitaté et futúra. Per Christum.</p>
---	--


Non dicitur Oratio Concède quésumus miséricors Deus ad Memoriam de S. Maria per totum annum ; sed ad processionem et ad Completorium de ea tantum.

Memoria de omnibus Sanctis.

Ad Matutinas Antiphona.

AS:306; 1519:103r; 1519-S:24v, 39r; SB-P:93.

2182. Ant.
IV.i. 
 X- ul- tá- bunt * sancti in gló- ri- a : le- ta- búntur



in cu- bí- li- bus su- is.

℣. Mirábilis Deus in sanctis suis.

℟. Et gloriósus in majestáte sua.

Oratio.

Infirmítatem nostram quésumus
Dómine propítius respice : et
mala ómnia que juste merémur

ómnium sanctórum tuórum inter-
cessióne avérte. Per Christum.

Vel Oratio.

Omnum sanctórum tuórum
quésumus Dómine inter-
cessióne placátus et véniam delic-

tórum nobis tríbue : et remédia
sempitérna concéde. Per Christum.

Vel Oratio.

Vide Dómine infirmitátes nostras :
et intercedéntibus ómnibus
sanctis tuis : céleri nobis pietáte

succúrre. Per Dóminum nostrum
Jesum.

Vel Oratio.

Tríbue quésumus Dómine omnes
Sanctos tuos júgiter oráre pro


nobis : et eos semper cleméter
audíre dignéris. Per Dóminum.

Memoria de Cruce ad Vesperas.

AS:304, 532; 1520-S:117r; SB-P:94.

Ant.
III.iv.  4686.

S Alva nos * Chris-te Salvá-tor per vir-tú-tem sancte




Cru-cis qui salvá-sti Petrum in ma- ri mi-se-ré-re no-bis.


℥. Omnis terra [ut ad Mat.]. [167].

Vel Antiphona.

AS:304, 531; 1520-S:116r; SB-P:94.⁹

Ant.
I.v.  4264.

P Er signum * Cru-cis de i-ni-mí-cis nostris



lí-be-ra nos De- us noster.

[℥. Omnis terra. [167].]

Vel Antiphona.

AS:304, 425, 531; 1520-S:116r; SB-P:94.

Ant.
I.i.  1287.

A - do-rá-mus * te Chri-ste et be-ne-dí-cimus



ti- bi: qui- a per Cru-cem tu- am re-demí-sti mundum.


℥. Omnis terra. [167].

Oratio ut supra ad Matutinas [167].

Memoria de S. Maria ad Vesperas.

AS:493; 1520-S:105r; SB-P:94.

4705. Ant. VIII.i.



Ancta * Ma-rí- a Virgo, intercéd- de pro to-to mundo, qui- a ge-nu- ís-ti re-gem or- bis.


∞. Sancta Dei génitrix virgo semper María.

[∞. Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.]

Vel. Ant.

AS:304; 1519:122r; SB-P:94.

4699. Ant. I.i.




Ancta De- i gé-ni-trix * virgo semper Ma-rí- a, intercéd- de pro no-bis ad Dómi-num De- um nostrum.

∞. Post partum virgo [*ut supra*]. [166].

Vel Ant.

AS:305; 1519:122r; SB-P:94.¹⁰

3274. Ant. IV.i.



n pro-le ma-ter : * in partu virgo : gaude et le-tá-re pi- a ma-ter Dómi- ni.

Memorie Communues.

℣. Sancte Dei génitrix [virgo semper María.
℞. Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.]
Oratio ut supra ad Matutinas [167].

Memoria de omnibus Sanctis ad Vesperas.

AS:305, 569; 1520-S:147v; SB-P:94.¹¹

Ant.
III.i.



Ancti De- i * omnes qui e- stis cónsor- tes su- per-



nó- rum cí- vi- um : inter- cé- di- te pro no- bis.

℣. Letámini [in Dómino et exultáte justi.
℞. Et gloriámini omnes recti corde].
vel
℣. Exúltent [justi in conspéctu Dei.
℞. Et delecténtur in letítia].


Vel Ant.

AS:570; 1520-S:148r; SB-P:94.¹²


Ant.
VI.i.



mnes e- lécti De- i * nostri memo- rámi- ni ante



De- um : ut vestris pré- ci- bus adjú- ti me- re- ámur vo- bis



ad- júngi.

℣. Letámini. *vel* Exúltent. (*supra.*)


204438.

sar0090.


Vel Ant.

AS:305, 571; 1520-S:149r; SB-P:94.¹³

4763. Ant.
VIII.i.



Anctó-rum * pré-ci-bus cunctó-rum redde sa-lú-tem




córpo-ris et á-nime Chris-te tu- is fámu-lis.

℣. Letámini. [vel Exúltent.] (*supra.*)


Vel Ant.

AS:305, 541, 570, 660; 1520-S:38r, 147v; SB-P:94.¹⁴


4063. Ant.
VI.



quam glo-ri- ó-sum * est regnum in quo cum



Chri-sto gaudent omnes Sancti a-míc-ti sto-lis al-bis :



sequúntur Agnum quo-cúmque í- e-rit.

℣. Letámini. [vel Exúltent.] (*supra.*)

Isti duo versus ad Memoriam de omnibus Sanctis non variantur nisi cum ℣. Letámini ad primas Vesperas dicitur : tunc ad Memoriam de omnibus Sanctis dicitur ℣. Exúltent. Similiter ad Matutinas quando ℣. Mirábilis Deus dicitur in Laudibus, tunc ad Memoriam de omnibus Sanctis dicitur ℣. Justórum ánime [in manu Dei sunt. ℞. Et non tanget illos torméntum malítie]. Quod per totum annum observetur, nisi in Adventu et in tempore Paschali.

Oratio ut supra ad Matutinas. [168].

Notes.

Notes, pages [137]-[172].

- ¹ 1519-P:59r uses the F clef, which may imply B-flat throughout.
- ² 1519-P:69v omits “in me”.
- ³ It would be convenient to begin this psalm “Deus meus” A C D C.
- ⁴ LH has “résonat” not “réboat”.
- ⁵ In 1519:120v the music is transposed in error. SB:88 has “Benedíctus Dóminus Deus Israel”, as does 1531-P:17v. It is proper to omit the first word, “Benedíctus”, and intone the canticle beginning at “Dóminus Deus Israel”.
- ⁶ SB:238 indicates also *Ave Maria*. This must be an error.
- ⁷ This antiphon is related to “Quando natus est virgo”, Nativity B.V.M., AS:520.
- ⁸ In AS:79 the psalm-tone appears as IV.i. ST:xxvii and 1519:95r indicate tone IV.iii.
- ⁹ In ST:vi “Per” is set DDC. In AS:204 the psalm-tone appears as I.i.
- ¹⁰ In AS:305 “letáre” is set F G E.
- ¹¹ SB-P:94 has “intercéde”. In 1520-S:117v “civium” is set A G GAG.
- ¹² 1520-S:148r has none of the accidentals, which are clearly marked in AS:570.
- ¹³ SB has “ac” rather than “et”.
- ¹⁴ No flat appears in 1520-S:38r or 147v.